



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Vita Eximii Dei Servi Alberti De Altissimis, Canonici Regularis Congregationis Lateranensis

Saracini, Paolo Emilio

Augustæ Vindelicorum

Reverendissimo, Prænobili, Ac Amplissimo Domino, Domino Joanni
Alberto, D. G. Collegiatæ Ecclesiæ Canonorum Regul: Ord: S. Augustini
in Rottenmann Præposito Vigilantissimo, Sac. Cæs. Maiest. Ac ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-37282



REVERENDISSIMO,
PRÆNOBILI, AC AMPLISSIMO
DOMINO, DOMINO

JOANNI
ALBERTO,

D.G. COLLEGIATÆ ECCLESIAE
Canonicorum Regul: Ord: S. Augustini
in Rottenmann

PRÆPOSITO
VIGILANTISSIMO,

SAC. CÆS. MAIEST.

AC

CELSISSIMI & REVERENDISSIMI
PRINCIPIS, EPISCOPI
BAMBERGENSIS

CONSILIARIO, &c. &c.

DOMINO, AC PATRONO MEO
GRATIOSO.

* 2

Re-

EPISTOLA

Reverendissime Domine.



Um jam antiquissima, & ipsi penè scribendorum librorum initio coæva, nullique non probata invaluerit consuetudo, Res Mortalium præclare gestas, aliæque insignium ingeniorum monumenta publicæ luci consignata certis dedicandi Patronis, minimè ab hac sapientissimorum Virorum non tam ampliùs consuetudine, quàm introducta jam lege mihi recedendum esse existimavi: eaque propter cùm plures Patroni, quibus præsens Opusculum inscribendum esset, occurrerent, atque idcirco ipse eorundem selectus à me instituendus admodùm videretur difficilis, Reverendissima nihilominus Dominatio Vestra primas aliis

DEDICATORIA.

aliis præripuit, cujus Amplissimo
illud Nomini nuncuparem, neque
id immerito, ut enim silentio præ-
teream, quòd Reverendissima Do-
minatio Vestra identidem familiari
admodum per suas epistolas allo-
quio aliquot jam annis me perquam
gratiosè honorare dignata, meaque
minima obsequia Præsule tam Exi-
mio minimè, ut ingenuè fatear, di-
gna, non sit aspernata: illud cum-
primis me stimulavit, ad hoc quid-
quid est, vel honoris, vel potiùs ob-
ligationis *Vestigal* Amplissimæ Do-
nationi Sux exolvendum, quòd ip-
sum perquam illustre ALBERTI
nomen utrique *Alberto de Altissimis*
primario præsentis Opusculi Scopo,
& *Alberto Rottenmannensium* meriti-
simo Præsuli sit commune, & ambo-

EPISTOLA

bus indubiè inditum ob memoriam
& honorem B. ALBERTI nostri
è Canonico Regulari Mortariensi
teste R. P. Daniele Papeprochio S. J.
in Actis Sanctorum Mens. April.
Tom. I. die 8. à pag. 769. primum
Bobienfis, tum Vercellensis Episco-
pi, ac tandem postulantibus Eccle-
siæ *Sepulchri Dominici* Canonicis
Regularibus ab Innocentio III.
ad Hierosolymitani Patriarchatûs
sumum evecti fastigium. Et quo-
niam hujus Sancti festiva dies, Re-
verendissimæ Dominationi Vestræ
Natalitia brevì recurret, istam *Al-
berti de Altissimis* Vitam antehac Ita-
lico Idiomate editam, nunc verò, ut
pluribus eius lectio foret communis,
in latinum à me transpositam *Serti*
locò *Natalitii* offerre volui, certa
spe

DEDICATORIA.

spe fretus, Reverendissimam Suam
Dominationem aliàs ad omnem hu-
manitatem admodum pronam, hoc
etsi leve, grato tamen ab animo pro-
fectum munusculum majore huma-
nitate acceptaturam, & contra quos-
vis adversantium Criticorum cona-
tus suò tuituram patrociniò: quod
uti futurum spero, ita perennibus
votis, longum, faustissimùmque In-
signis Collegiatæ Rottenmannensis
Regimen à DEO Ter Opt. Max.
exorare Reverendissimo Patrono
meo conabor. A.D.M.DC.LXXXVII.

Rev.^{mæ} Prænobilis,
& Ampliss. Dominationis
Vestræ

Cliens æternum devotus

D. B.